



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Emericvs Conf. 4. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

aulæ frequentiâ ad silvæ solitudinem invitantem, jamque inter aulicas larvas etiam hæresin abjicit. Agnoverunt itaque iterum & amarunt IOANNICIVM suum Superi, cumque invidia illi venenum misceret, fraudem detexerunt. Ille preces veteres frequentavit: *Spes mea Deus Pater, asylon Christus, scutum Spiritus est.* Certè unica crux & panoplia & panchrestum IOANNICIO fuit. Hâc ille cum gregem suum circumscriptis ad preces abiturus, nihil umquam ex illo desiderabat; hâc morbos pellebat, serpentes exarmabat, rumpebat vincula, medios hostium cuneos penetrabat, ipsos malos dæmones fugabat. Ipse tamen fugere non erubuit, cum in impuras cogitationes pugnandum fuit. Quin, cum è virgine sacrâ has proscriptisset, sed iisdem se obsecrum animadverteret, ita ab his abhorruit; ut non dubitaret rectâ ad draconem rendere, prædamque se illi (si Numinis placuerit) devorandam objiceret. Et profecto, si sapit juventus, non ita ad flammantes draconis oculos, non sibilos iratos, & dentatos rictus, uti ad aspectus Veneris molles, ad verba mellea. & artidentia oscula exhorrescat. Ex Metaphr.

*Luxuriam mortem anima ille evadere poterit, qui ipsius occasions fugit, principiis tentationis resistit; carnis desideria frangit, corporis abhorret otium, corporis resolutionem recognitat, & præcipue cordis humilitatem possidere conatur. S. Laurent. Iustin. lib. i. de Spirit. interitu animæ.*

## S. EMERICVS CONF. 4. Novembri.

**P**ater EMERICO D. Stephanus fuit Vngarie rex. Matrem in terris Gisalam, D. Henrici Imperatoris sororem, in cœlis MARIAM salutavit,

eui nat  
A tanti  
non die  
luptati  
precib  
ri depr  
decurrir  
terre f  
mimoru  
à paren  
quidem  
men plu  
sepetes d  
la sua m  
plurima  
num ge  
rocem a  
Superis  
forem f  
quâd su  
ita hi N  
stum, sed  
num in  
bius Ep  
vento, cu  
Marcesc  
manu sc  
Duo  
in te ha  
amor M  
amabas  
fria cor  
Trach. 2

. Nov. VITA SANCTORVM 545  
antem, abicit. ANNI-  
enenum veteres Chri-  
c pano-  
lle cùm siturus,  
morbos incula,  
malos on eru-  
randum ipisset,  
ab his aconem  
cuiffr.) juven-  
s, non spectus  
ridentis  
poterit,  
ionis re-  
et otium  
sè cordis  
Iustin.  
obris.  
ngariz  
Henrici  
luravie,  
cui  
qui natum unicè semper pater commendaverat.  
A tantis parentibus minimè degener EMERICVS,  
non dies modò, sed quas juventus somno aut vo-  
luptatibus, hoc est, somniis, dare amat noctes,  
precibus pius vigil transcripsit, non priùs ab auro-  
ri deprehensus, quām omnia Vatis Iessæi carmina  
decurrisset, & post singula intercalare osculum  
terre fixisset. Oculos habuit tam puros, ut ipse  
mimorum occulta sensa perspiceret. Nam jussus  
a parente salutem ferre viris Dño devotis, oscula  
quidem in omnes amicissima dispensavit, aliis ta-  
men plura atque aliis tulit, non neminem etiam  
septies disfluaviatus. Caussam deinde rogatus, oscu-  
la sua meritis singulorum respondere affirmavit, qui  
plurima tulisset, eum virginem ad id ætatis ani-  
num gestare, mille etiam osculis dignum. Ipse cùm  
voce audisset cælo allapsam, nihil præ virginitate  
Superis arridere, quām mox DEO DEique MARI  
forem suum dicavit. Nec sponsam priùs admisit,  
quām suum & ipsa cælo despondisset. Et placuere  
ca hi Numini, ut abstinere jam non potuerit ma-  
nus, sed ex his EMERICVM beatâ morte decerp-  
tum in sua rosaria transtulerit. Eò enim ferri Euse-  
bius Episcopus vidit. Inde tu quisquis adhuc cum  
vento, cum æstu, cum hieme luctaris flos virgo.  
Marcescis, si te cælum non carpit, & marcescentem  
manu scilicet VIRGO abicit. Ex Surio.  
Duo sunt amores mundi, & Dei: si mundi amor  
in te habitet, non est, quā intret amor Dei, recedat  
amor Mundi, & habitet Dei; melior accipiat locum.  
amabas mundum: noli amare mundum; cùm exhan-  
tis cor amore terreno, hancies divinum. S. August.  
Tract. 2. in Epist. S. Ioan.

SS.GA-